



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Benedicere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

32 BENEDICERE.

ordinariis ob Ministrorum paucitatem, cum id ad maius Dei obsequium expediens iudicatur, art. 3. 4.5.& 6.

BENEDICERE.

Vide Altaria, Abbas, Abbatissa.

Docuit Angelus omnes simplifices Sacerdotes secundum ius commune posse omnia ornamenta Ecclesiæ benedicere, in quibus non interuenit Chrisma; verum approbata consuetudo, quæ vim legis obtinuit, habet oppositum. Vnde *Sixtus IV.* licentiam concessit omnibus Sacerdotibus Ordinis Minorum, omnia ornamenta Sacerdotalia & Altarium benedicendi, demptis Corporalibus; verum tamen hoc priveilegium nunquam fuit vñsu receptum: hanc namque potestatem restrinxerunt Patres Ordinis in Concilio Generali ad solos Guardianos. art. 1. quæst. 19. tom. 1.

In Indiis tamen per concessiōnem *Greg. I X.* deficiente copia Episcopi benedicunt omnes Sacerdotes dicti Ordinis omnia prædicta cum Corporalibus. Et idem permisum est aliis Fratribus cum licentia Pro

BENEDICERE. 33

Prouincialis ; & licet dicta facultas sit limitata per Capitulum generale pro Fratribus Minoribus, non tamen pro aliis , qui eorum priuilegiis gaudent, v.g. Dominicanis, &c. ibidem.

Prælati regulares , eorumque vi-ces gerentes , qui ad regimen insti-tuuntur , & modo communiter Vi-carij appellantur, præsumtque in ab-sentia Guardiani, &c. per multa pri-uilegia variis Ordinibus concessa, licet benedicunt Oratoria, Cœmi-teria, Ecclesiæ, Corporalia , & alia quæcunque ad diuinum cultū per-tinentia , vbi Chrisma non interue-nit , non solùm pro suis usibus , sed etiam pro alienis , ex concessione Innocent. V I I I . & expressa declara-tione Congregationis Generalis celebra-tæ à Fratribus Minoribus Toleti apud Sanctum Ioannem Regum. art. 2.

Imò in partibus India um Pro-uinciales, & ij qui ab eis fuerint ad hoc deputati , habent facultatem benedicendi calices in absentia Episcoporum. art. 3.

Mendicantibus post Conc. Trid. in-terdictū est, ne petat cōsecrationem

G suo

34 B E N E F I C I A.

fuorum Calicum, &c. ab alieno Episcopo, nisi bis aut ter cum debita humilitate à proprio petierint, nec obtinuerint, art. 4. aut si nolle pro prius id eis exhibere gratis. art. 5.

Item dicti Prælati reconciliare possunt suas Ecclesias pollutas, cum aqua benedicta cinere mixta, ab Episcopo benedicta, si Episcopus ultra duas dietas, id est, i 4. leucas non distet: si vero longius distet, permisum est eis per Leon. X. candem benedicere. art. 6.

Qui celebrat in Ecclesia polluta, quamvis mortaliter peccet, non incurrit tamen irregularitatem. ibid.

B E N E F I C I A.

Vide Episcopus, Claustrum.

Beneficium aliud est sæculare, aliud regulare. Regulare etiam duplex, compositum, ut est Abbatia regularis, & Prioratus Conuentualis, eo quod qui ea obtinent, duplii honore funguntur, circa personas, & res. Aliud simplex, ut Prioratus simplex, & Monachatus regularis, quia illi simplici tantum honore funguntur.

Secu